

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Catholicon

Johannes <lanuensis>

[Straßburg], zwischen 1475-78

Incipit summa que vocatur catholicon edita a fratre iohanne de ianua
ordinis fratrum predicatorum

[urn:nbn:de:bsz:31-299478](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299478)

Incipit summa que vocatur catholicon edita a fratre iohanne de ianua ordis fratrum predicatoz.

Prosodia quedam pars grammatice nuncupatur. Partes siquidem grammatice sunt quatuor. scilicet orthographia. ethimologia. dialintastica. & prosodia. Orthographia dicitur ab orthos quod est rectum & graphia scriptura. Inde orthographia id est tractatus de recta scriptura litterarum et syllabarum. Ethimologia dicitur ab ethimon quod est verum & logos sermo. Inde ethimologia. i. tractatus de veritate omnium pronuntiationis absolute. Dialintastica dicitur a dia quod est de et lintaalis quod est constructio. In de dialintastica. i. tractatus de constructione perfecta. Prosodia vero dicitur a pros quod est ad. et odos quod est canere. Inde prosodia. id est tractatus de cuiuslibet dictionis tpe vel accentu. Principaliter autem in isto tractatu siue libro itendo de prosodia. licet etiam de aliis tribus partibus aliqua hic tangantur. Vnde tractatus iste tangit a principaliori intentione. si placet prosodia nuncupetur. vel si magis placet liber iste vocetur catholicon eo quod sit communis & vniuersalis. Valere siquidem ad omnes ferme scientias. Nam hic de facili inueniuntur dictiones forment et deriuent. quomodo scribantur & pferantur. qualiter exponantur & ethimologizentur & ostruantur. Inuenies etiam hic multas utiles questioes naturales. theologicas. moras & declaratas. Ordo autem istius libri talis est. Primo licet principaliter intendat de prosodia. tamen quia orthographia est quodammodo via ad prosodiam. agam de orthographia. Secundo de prosodia. Tercio de ethimologia et dialintastica. quasi mixti aliqua dicantur. Deinde specialiter de constructione et suis speciebus & partibus. necnon de regimine subiungantur. Quarto determinabo de figuris. Quinto de orthographia. prosodia. origine. & significatioe quarundam dictionum que sepe inueniuntur in bibliis et in dictionibus sanctorum & etiam poetarum secundum ordinem alphabeti ordinatim subiungantur. Libellum autem hunc ad honorem dei & gloriose virginis marie et beati dionisii patris nostri & omnium sanctorum electorum. necnon ad utilitatem meam & ecclesie sancte dei ex diuisis maioribus meorum dictionibus multo labore et diligenti studio compilavi. Operis quippe ac studij mei est et fuit multos libros legere. ut ex plurimis diuersis carperem flores. que meliora et utiliora sunt cum beato hieronimo electur. Nam secundum basilium que utiliora sunt maiori merito principali meruerunt. Dementia etiam est superuacua addiscere in tanta egestate. Si alicubi vero vox nostra insonuit non a patris discessit limitibus. Hoc autem non presumas de viribus propriis acceptaui. cum quasi nulle sint. sed presumas de fidei fiducia laborisque mercede totaliter in famam non pulso timore ligens. qui placis in procuracione seminiui duobus denariis superoganti cuncta reddere est professus. Delectat nos sane veritas pollicentis sed terret imensitas laboris. desiderium hortatur proficiendi. sed dehortatur infirmitas deficienti. quam vincit zelus utique domini dei. In hoc autem tractatu non solum pro lectoribus sed etiam liberorum correctores despero dummodo est sit conscientia iudicis absque veneno. Quis autem mercede deuota ut quisque hunc librum legit. apud districtum iudicem solatium mihi siue ordis impendat. & omne quod in me sordidum dependit orationibus diluat. Orationis autem & expositionis virtute

collata lector me in recompensatione me supat. Si tamen per me verba accipit. pro me fratre iohanne ianue si fratrum predicatoz minimo ad deum precibus deuote fundat. De prima parte istius operis scilicet de orthographia.

Prima ergo pars istius libri. ut dixi est orthographia. Circa quam sic procedat. Primo namque agatur de littera. Secundo de syllaba. Tractaturi autem de littera dicemus de diffinitione diuisione. diuisionis declaracione. mutacione. & recto ordine litterarum. De littera.

Littera sic diffinitur. Littera est minima pars opposite vocis. vel. Littera est vox indiuiaua que scribi potest. Dicitur autem littera a liminis vel a literis. eo quod antiqui scribebant in ceratis tabulis & postea lineabant. Litterarum alie sunt vocales alie consonantes. Vocales sunt quique. scilicet. a. e. i. o. u. nam y. idem est quod i. vocalis. Consonantiu quodam sunt semiuocales & quedam mutae. Semiuocales sunt septem. scilicet. l. m. n. r. s. x. z. Mutae sunt nouem. scilicet. b. c. d. f. g. h. k. p. q. t. & i. et u. posite ante vocalem in principio eiusdem syllabe. ut iuno & veni. Tamen si est consonans ante uel. ita remanet abiecta ut in cuius cui. & pompeius pompeii propter hunc datiuum ei. in quo est vocalis. Q. & h. sunt idem elementu quod c. H. vero non est littera sed aspiracionis nota. Liquide sunt due scilicet. l. & r. que posite post mutam in eadem syllaba permittunt precedentez vocali naturaliter longam corripit. ut assecla & tenebre. Duplices consonantes sunt tres. scilicet. i. consonans posita inter duas vocales naturaliter. & x. & z. semper. ut maior dux gaze. Vocales autem dicuntur. quia per se plena voce faciunt. Semiuocales appellantur. quia plena voce non habent. ut semiuocales appellamus. non quod dimidiam partem habeat deorum vel viro. sed quod non sunt pleni diu vel viri. Mute dicuntur non quod oino careat voce. sed quod exiguam partem vocis habent. sic informis dicitur mulier non que caret forma. sed que male est formata. & dicimus frigidu cum. non quod penitus expers est caloris. sed quia minime hoc vitium. unde mutae nominatae sunt ad comparationem bene sonantiu. Semiuocales quantum videntur a vocalibus tantum superant mutas. K. et Q. quauis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam cum c. tamen eandem tam in sono vocu quam in metro ostinent potestatem. Et h. quod penitus superuacua est. Nulla enim videtur ratio cur sequente a. debeat scribi h. Kartago enim & caput siue per e. siue per k. scribitur. nullam faciunt nec in sono nec in potestate eiusdem consonantis differentiam. Q. vero propter nihil aliud scribitur. nisi ut ostendat sequente u. ante alteram vocalem in eadem syllaba positam potestatem vim littere in metro. non enim facit positionem. Q. si ideo alia littera existimanda. quod c. debet g. quoque cum siliter proponitur u. amittit vim littere. alia putari. & alia cum id non facit. Dicimus enim anguis sicut quis et augur sicuti cur. Vnde si velimus cum veritate contemplantur non plusquam xviii litteras in lacrimo sermone habemus. Hoc est. xvi. antiquas grecorum. & x. et postea additas. & eas quoque ab eis sumptas. Nam y. et z. grecorum causa nomine astruimus. H. vero aspiracionis nota est. & nihil aliud habet littere nisi figuram & quod in versu scribitur iter alias litteras. sicut dicitur ps. in primo maioris. littere sciendum est. quod nulle propositiones vel conuentiones debent aspirari. Omnes autem alie preteritacionis aspirantur. ut hamus. hereo. habena.

hunc librum ad finem productum est anno 1286. si huiusmodi videri uult. potest